

GVSTAVVS HENRICVS
MYLIVS
ICTVS

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ELECTORIS SAXONIAE A CONSIL. IN CAVSSIS PROVO-
CATIONVM, CVRIAE PROVINC. SVR. ET COLLEGII ICTO-
RVM LIPSIENSIVM ASSESSOR

PANEGYRIN INAVGVRALEM
CANDIDATI CLARISSIMI
M. IOANNIS GOTHOFREDI
RICHTERI

D. IX. APRILIS A. MDCCXLIV.

CELEBRANDAM
INDICIT.

LIPSAE LITERIS BREITKOPFIANIS.



GUSTAVUS HENRICVS

MYLIVS

1698

POTENTISSIMO POTONTIUM REGI

IN VICTORIA PATONIA A CONSILIO IN CAUSA PROVO

CANTONIC CARIAE PROTECTORIS COLLEGIIS

BYM LITENSIVM ASSISTOR

PANORAMIA INAVO TALEM

CANDIDATI CLARISSIMI

M. IOANNIS GOTHORREDI

RICHTER

DIX. ARTIS A. MEDICINAE

CELEBRANDAM

IN DIE

ASSISTENTIAE





ui *Iustitiam* ubique *Vulneratam* iam olim peculiari
Libro, additis suspiriis precibusque intercalaribus,
delineauit, et in detegendis illis *Vulneribus* maxi-
mo opere occupatus fuit Vir pius, atque Reipubli-
cae Colonienfis Orator forenfis, STEPHANVS NATHENIVS,
inter alia *iustitiam* quoque *ex Aequitate vulneratam* P. I. Tit. V.
cap. I. recensuit, idque paradoxon ex eo deduxit, quod plurimi
iudices id quod aequum et iustum est, iactitent, paucissimi vero,
quid illud fit, recte percipiant. Illos namque omnia ad aequita-
tem, quam pro arbitrio sibi fingunt, referre, vt magni non iuris
tantum sed aequitatis etiam arbitri existimentur, qui tamen neque
ius, neque bonum, atque aequum sciant. Et hos *Magistros aequi-
tatis* deteriores fieri licentia, si quando per Rescriptum principis
vel Legem Iudiciariam arbitrio iudicis et iudicantium relinquatur
cognitio, clausula generali: *Ex aequo et bono procedas, ius iustiti-
amque facias, de facto, sine figura et strepitu iudicii* &c. tunc enim
eosdem saepe contra Leges, vel quod rigorem vocant, causas gno-
scere atque decidere, ex imperitia contra ius scriptum aequi-
tates quasdam ex capite suo confingere, atque ita sub authoritate
iuris perniciosè errare d. Tit. V. cap. VIII. Et sane res ipsa lo-
quitur aequitatem illam ex cerebro natam aliam atque aliam Le-
gum forensium interpretationem, et applicationem in vsu ciuili et
ipsis rerum argumentis producere. Sed, quod maius est, ex illo-
rum etiam numero, qui rectius sentiunt, atque imaginariam, a vera
et solida aequitate, quae ipsa Iustitia est, probe dignoscunt, quidam
arbitrium illud *ex aequo et bono* cognoscendi aliter atque aliter accipi-
unt, explicant, disputant; cuius disceptationis insigne documen-
tum ad hanc vsque diem praebet salutaris atque aurea, litiganti-
bus tamen magis, quam caussidicis et iuridicis lucrosa *Constitutio
Iuris Elect. Saxonici noua circa causas atque res exigui pretii*,
quod nimirum exceptis vsuris quinquaginta florenis non est ma-
ius, publicata, in qua explicanda alii verbis §. VI. Tit. I. ORD.
PROC. SAX. RECOGN. tenacissime inhaerentes illis restrictus
vtuntur, alii ad mentem LEGISLATORIS POTENTISSIMI,
qui

qui breuiores et lites et sumtus ordinauit, adeoque in casu fingulari haud definito, ad illam rationem respiciunt, et hi quidem maiori cum successu, quam reliqui, quum ea iam seculi nostri sit felicitas, ab iis, qui Saxoniam incolunt, nunquam satis dignis laudibus praedicanda, vt plerumque in causa Ciuili lis minima sit bimestris, raro annicula, magna vero triennis vel quadriennis, anno-fa nunquam. Communem sane hanc utilitatem atque Ciuium concordiam promouendi studium, ad quod etiam taedium litigiorum, rabularum petulantia, et nummorum caritas nos inuitat, haud facile in malam partem interpretationis vsurpatoriae, vt cum Imperatoribus in *L. VIII. C. de Excusat. muner.* loquar, interpretabitur, potius aequiori animo ferre haud dedignabitur **SVMVS LEGISLATOR PRINCEPS.** Quamobrem, cum quaestio forte incidit: An dispositio illa §. VI. solum ad lites pecuniarias, siue quae causam pecuniariam respiciunt, pertineat, an vero ad alias, vbi actio realis vel mixta, vindicatio, hypothecaria, haereditatis petitio, aut iudicium vniuersale, quod creditores concurrentes debitoris soluendo non existentis instituunt, diiudicanda, trahenda sit, rectus putauerim in sensu latissimo quantum hoc pretii quinquaginta florenorum accipiendum esse, modo illa quantitas vel ex Conditione rei ipsius, quae litis obiectum constituit, vel ex Iudicis aestimatione, quam etiam non admonitus suppeditare poterit, constet. Eadem est sententia **B. GRIEBNERI** nostri, cuius in *Litium ambagibus recidendis* nauata opera et meo et omni encomio maior deprehenditur. Conf. *Principia Process. Iud. Lib. II. cap. II. de Processu Summario ex §. VI. Tit. I. O. P. S. R. §. XI. lit. b.* En verba: *Excipiuntur tamen causae quae iura, seruitutes, annuas praestationes, et onera realia concernunt, non vero omnes actiones reales, si res, quam vindicamus, sit pretii vilioris.*

ORDO quoque noster hanc interpretationem constanti vsu in diiudicandis litibus eiusdem indolis retinuit, nec vnquam mutare iussus. Vnicum liceat adicere sententiae vel potius rationum decidendi exemplum, quae superiori anno ad quaestionem Praefecti Scholae Portensis conceptae fuerunt in casu vsurpatoris, qui sulcos in vicino agro, et ita vltra fines duxerat, et contra Iudicis decretum decisuum remedium aliquod, quod suspensuum vocant,

cant, interposuerat, id quod pro inadmissibili declarauimus rationibus hifce adiectis:

Obwohl Kläger, welcher Gestalt gegenwärtige Sache nicht unter die *Causas minutas* zu rechnen, indem aus der Erl. Proceß-Ordnung ad Tit. I. §. 6. wahrzunehmen, daß iura, seruitutes et onera realia dahin gar nicht zuziehen, sondern hiervon ausdrücklich eximiret worden, vorwendet.

Dennoch aber und dieweil in nur gedachten §. 6. klärlich disponiret, daß alle, nicht über 50 fl. exclusiue derer Interessen, betragende Sachen unter die *Causas minutas* zu rechnen ic. also sich satzsam erlediget, wie alle und jede *Causae* unter die *exiguas* zu rechnen, deren *Obiectum litis*, es mag selbiges in einem *Corpore* oder *Quantitate* bestehen, sich zur Zeit der erhobenen Klage *communi aestimatione* nicht über 50 fl. belaufen, und was die, oben angezogene, von der *Qualitate rerum minutarum* eximirte iura anlangend, auf die *Dominia rerum corporalium* nicht zu extendiren ic. *IN CVRIA AUTEM PROVINCIALI REGIA SUPERIORI* cum in pago Altstammungen arbores fructiferae ablatae et damnum datum fuerint, ordinariam procedendi viam improbavit *SENATVS REGIVS CONSISTORII INTIMI* verbis rescripti sequentibus: Nachdem wir aber in dieser Sache den, bey euch erhobenen Proceß fortstellen, und solchen in ordentlichen Beweis und Gegenbeweis verfallen zu lassen, um so mehr Bedenken tragen, als nicht nur das *Obiectum Litis* dergestalt geringfügig, daß die Kosten eines einigen Termins sich höher, als die Früchte von denen streitigen Bäumen in vielen Jahren werth seyn können, belaufen dürfen ic. So begehren wir hierdurch gnädigst, ihr wollet gestalten Dingen nach mit fernern Verfahren ansehen, dem Amtmann zu Pforta anbefehlen, daß er die Pläge worauf die Obstbäume stehen, in beyder Partheyen Gegenwart in Augenschein nehmen, und wegen derer, so auf Klägers Grund und Boden befindlich sind, oder dazu gehören, der Gemeinde sich aller Beschädigung derselben oder Beeinträchtigung des Klägers in deren Abnutzung zu enthalten, bey nachthafter Strafe untersagen, wegen derer aber, so von Klägern auf die *commun* Pläge gesetzt worden seyn sollen, die *Differens* nach Recht und Billigkeit also-

fort entscheiden, oder allenfalls darüber an euch zu Fassung weiterer Resolution berichten möge ic. Geben zu Dresden den 29 Martii 1742.

Aliud, sed leuius dubium ex quorundam opinione occurrit in defectu probationis, si actor in Termino responsioni ad libellum praefixo nec iurisiurandi delatione utitur, nec quicquam affert, quod ad causae probationem pertinet. Illum enim, cum nullus hic interlocutionis locus sit, nulla ad probationem et reprobationem dilatio concedatur, statim repellendum esse plurimi censent, et cum iis, quem iam laudavi, B. GRIEBNERVS §. XII. *Actori*, verba ipsius appono, *incumbit statim afferre probandi subsidia et causas, reo exceptiones allegare et deducere.* Verum enim vero expressa hac Legis dispositione caremus, qua ergo ratione ille actor, qui Iudicis officium in decernendo iuramento iudiciali et arbitrium liberum per omnia credit, et de responsione rei incertus adhuc est, absque dilatione statim a limine summoueri et ignorantia ipsius dicam an negligentia totius causae iactura coerceri poterit? Sed haec et alia, quae expressam huius Constitutionis explanationem deposcunt, dubia, et quae nunc ob praesentis instituti rationem reticenda sunt, forsitan enucleabit authentica eius, quam expectamus, interpretatio, cum extensione in gratiam litigantium fauorabiliori, quae etiam, vt spes est, in his causis minimis minorem quantitatem expensarum tum iudicialium tum extra iudicialium, et forte dimidium eius, quod in maioribus causis erogandum est, ordinabit, quod temperamentum suauis et commendauit CVRIA PROVINC. praeclaudata, in relatione humillima ad iussum POTENTISSIMI REGIS haud ita pridem facta. Hoc certe commodum conferre plurimum poterit ad remouendas tarditatis et procrastinationis ambages, quae in Iudiciis adhuc obueniunt, nec minorem fructum ex eo perciperent et iudices et partes, si dispositionem *Ordinationis, Aduocatis in Terris Ducatus Altenburgici* anno MDCCXXXII. *praescriptae*, ad nostra fora transferre placuerit, ita autem statuit Princeps §. XVII. als soll auch ic. in geringen, und iedoch keine Jura angehenden sehr schlechten Sachen, die bisweilen kaum einen Thaler betreffen, gar keine Aduocati, welche ofters mehrere Umkosten verursachen,

siren, als die ganze Schulypost austräget, admittiret, vielweniger von ihnen schriftl. Klagschreiben gestellet und angenommen werden, und zwar dieses alles bey willkührlicher Strafe.

Nunc *Maiorum more* pauca, quae ad vitae et studiorum cursum

CANDIDATI CLARISSIMI

M. IOANNIS GOTHOFREDI RICHTERI

pertinent, commemoranda sunt. Patriam ei nascendi fors et felicitas ALTENBURGV M dedit, Ducatus cognominis metropolitim, foecundam ingeniorum praestantissimorum matrem, sed LI-PSIAM, transferentibus huc Parentibus rerum suarum sedem, biennis peruenit noster. Patrem veneratur indulgentissimum STEPHANVM RICHTER, mercatorem huius vrbs haut ignobilem, matremque CATHARINAM ELISABETHAM ESEMBECKIA gente satis clara. Vfus in primis pueritiae annis privata institutione, post Gorlicium in Gymnasium deductus per continuos duos annos a Rectoris GROSSERI et Pro-Rectoris MYLII pependit ore. Inde redux Lipsiam, quam aequae ac patriam urbem colit, innumeris in illa beneficiis cumulatus, MENCKENIO fasces Academiae tum gerente, academicorum Ciuium albo inscribi se curauit. In disciplinam deinceps traditus *Buttigio* e viuis haut ita pridem sublato, cum Graecis Latinisque litteris addiscendis per aliquod temporis spatium incubuisset, applicuit se grauioribus disciplinis, atque in Theologia PFEIFFERVM, in Philosophia MÜLLERVM, hoc tempore Academiae Rectorem Magnificum, in Mathesi STÜBNERVM Doctores habuit, Antiquitatis Romanae, Historiaeque litterariae noscendae causa CHRISTIVM adiit, et HOFFMANNI Theologi Vitembergensis Scholam itauit; sub WOLLIO disputando se exercuit, MENZIO Ephemerides literarias enarranti adhaesit. Postea ad Iuris studium excolendum progressionem facta GRIEBNERVM, MASCOVIVM, HOMMELIVM, GEBÄVERVM, RIVINVM, CRAMERVM et SCHÖNIVM attendit, e quorum optimis praeceptis egregiaque doctrina se maximum fructum percepisse lubens meritoque confitetur. Auctus Anno MDCCXXXV. magistri dignitate et
titulo

titulo sequenti anno in ICtorum Auditorio sub ANDREAE FLO-
 RENTIS RIVINI praesidio Dissertationem a se scriptam de
Lege Visellia tuitus est, et breui post de *Tabulariis Urbis Romae*
 in Philosophorum Cathedra disputavit. Mox peregre abiit, per-
 agrisque Belgio, Anglia, in qua septem menses commoratus est,
 Gallia, et maxima Germania parte sub exitum An. MDCCXXXVII.
 Lipsiam reuersus est, adiunctis sibi in itinere plurimis et in litte-
 ris et in publica rerum administratione principatum tenentibus vi-
 ris. A reditu, iuuenibus aliquot primae Nobilitatis instituendis
 inseruiit, scriptiunculasque binas de *Inscriptione Augustae Vinde-
 licorum reperta*, deque *Nummo Carthaginensi*, quem nummophy-
 lacium Schmettauianum seruat, emisit. Demum ab ordine nostro
 petiit, vt Honorum in Iure Summorum adipiscendorum causa ad
 consueta Examina admitteretur. Annuimus votis honestissimis,
 ille vero Textus iuris vtriusque tanta cum facundia explicuit, et ad
 quaesita tam promte respondit, vt vnanimi suffragio Honoribus,
 quos petiit, dignissimum iudicauerimus. Ea de causa futura Die
 Martis, quae erit mensis Aprilis VII. hora pom. II. in auditorio
 nostro *Legem III. Cod. de Seruis reipublicae manumittendis* publi-
 ce interpretabitur, proximo vero die Iouis IX. eiusdem mensis
 inaugurale specimen de *moribus maiorum tanquam antiquissimo
 Romani Iuris Fonte* sine Praeside tuebitur. His peractis Vir Sum-
 me Reuerendus, Excellentissimus IOANNES FLORENS RI-
 VINVS, Codicis Professor Publ. et Ordinis nostri Assessor
 ex illius decreto a me PROCANCELLARIO rite substitutus
 promotor dignitatem, honores et priuilegia Doctorum nostrorum,
 qui extra numerum sunt, tribuet. Quae solennia vt vos, RE-
 CTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, *illustrissimi Comites,*
Patres vtriusque reipublicae conscripti, maxime autem tu, *Genero-
 sissimorum et Nobilissimorum ciuium Concio* vestra honorifica prae-
 sentia exornare haut dedignemini, obnixè rogo atque
 contendo. Dab. Domin. Qualimodogeniti
 MDCCXLIV.



+

94 A 7372


ULB Halle

001 681 94X

3







GVSTAVVS HENRICVS
MYLIVS

ICTVS

POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS
ELECTORIS SAXONIAE A CONSIL. IN CAVSSIS PROVO-
CATIONVM, CVRIAE PROVINC. SVR. ET COLLEGI ICTO-
RVM LIPSIENSIVM ASSESSOR

PANEGYRIN INAVGVRALEM

CANDIDATI CLARISSIMI

M. IOANNIS GOTHOFREDI
RICHTERI

D. IX. APRILIS A. MDCCXLIV.

CELEBRANDAM

INDICIT.

LIPSAE LITERIS BREITKOPFIANIS.

